

Zb
3280







† † †
V E R A
V E R Æ N O B I L I T A T I S
I M A G O

IN
G E N E R O S O & M A X I M E S T R E N U O D O M I N O,
D O M I N O

Hans à Wersdorff/

QUI
DIE 19. APRILIS
A. C.
M. DC. XCII.
B U D I S S Æ

PIE
D E N A T U S



&
DIE 24. EJUSDEM MENSIS
S P L E N D I D I S E X E Q U I I S
I B I D E M
C O H O N E S T A T U S E S T,
E X P R E S S A, E T
C A L A M O M O E S T I S S I M O
D E C L A R A N D Æ
G R A T Æ M E N T I S C A U S A
A D U M B R A T A

à
M. JOHANN E Rosenberg/
Schol. Budiss. Evangel. Rect.

BUDISSÆ, TYPIS ANDRÆE RICHTERI,



Z Euxin,

Pulchritudinis Effigiem
apud *Agrigentinos* picturam
& *Junoni* publicè
dicaturum

elegisse exquisitæ pulchritudinis virgines constat,
ut
ex oris lineamentis
pulcherrimum quodq; imitatione expressum
suae Tabulae insereret.

Veram
veræ *Nobilitatis* Imaginem depicturo
non pluribus opus erit typis.

Sæpe
in uno inveniet
quod vix penicillo suo satis repræsentare poterit.
Alii alios sibi proponent.

Jam nobis
Generosus GERSDORFIUS

Satis formæ ad delineandam *Nobilitatis*
Ideam suggeret.

Quod si
Ἐυγένεια (1) & fumosæ Imagines
in *Nobilitate* utramq; faciunt paginam,
GERSDORFIUS est,

cujus
Parens, Avus & Majores
antiquæ *Nobilitatis* & *Dignitatis*
radiis exsplenduerunt.

Dicis:
Nobilitas Morum plus prodest, quàm Genitorum;

Et:
Nobilitas (2) sola est atq; unica Virtus.

Certè
secundum divinum (3) Patrem
Summa apud DEUM est Nobilitas
clarum esse virtutibus.

Et

Et

*Ille (4) clarus, Ille nobilis,
Ille tunc integram Nobilitatem se servare putet
Si dedignetur servire vitiis ab iisq; non superari.
Verum enim verò,
nec hinc quis*

GERSDORFIANAM *Nobilitatem desiderabit.*

*Inveniet enim
Reginam virtutum Pietatem,
Ducem atq; oculum (5) mentis Prudentiam
Penu (6) Virtutum Temperantiam,
Animorum Helepolin Humanitatem,
Reperiet
â Superbiâ (7) Felicitatis pedissequâ
remotam Modestiam*

GERSDORFIANA *Humanitas, Affabilitas & Comitas*

*velut admotâ Spongiâ delebant
Sallustianum illud:
Commune Nobilitatis (8) Malum superbia,
Quid dicam,
De Veritate, Fide, dictorum Conventorumq; (9) Constantiâ,
Et Justitiæ Amore, quæ suis coloribus
satis dignè depingi
non possunt.*

*At si,
Eruditione & Scientia Nobilitatem (10) metiris
Hic te offeret
Haud vulgaris Linguarum, Rerum Politicarum,
Historicarum, Mathematicarum,
& imprimis Physicarum
Scientia.*

*Sacra Naturæ Adyta,
innumeraq; curiosa & fructuosa
paucis cognita, ipsi ceu Mystæ
patebant.
Quid veteres, quid recentiores Philosophi
didicerint & docuerint indefesso indagabat studio.*

*Scilicet
Nihil Ipsi otio literato (11) dulcius erat.
Eum in finem
Bibliothecam ex optimis Variarum Linguarum
Scriptoribus in usum Posteritatis
instruebat,*

*Vel de nondum Natis bene meriturus.
Itaq; GERSDORFIUM*

*non Sola Germania, sed & Anglia,
Gallia & Hollandia eruditæ Curiositatis Nutrices
miratæ sunt.*

Ecqvis

*Bibliotheca Gers-
dorfiana Divisa.*

FK 26 3280

Ecquis igitur hinc non cum Poëta (12) exclamet!
O qui nominibus, cum sis Generosus Avorum,
Exuperas morum Nobilitate Genus

Deniq;

si Nobilitatem appellas

Antiquas (13) & inveteratas (14) divitias;

Nec hæ defuere;

Ita ut GERSDORFIUS in quatuordecim (15) jure sedere potuerit,
Annon igitur deploranda erit

Mors undiquaq; Nobilissimi GERSDORFII.

sed moriendum fuit lege Naturæ;

Jmo vivendum lege Gratia.

Non solum fama in Terris, sed anima etiam in cœlis vivit.

In astris

Nobilitatem quærit Mathematicorum turba (16)

In astris astrorum amantissimo GERSDORFIO

quæsitæ & inventa est æterna Nobilitas.

In astris jam superbit

Nobilitate generis, quæ DEUM Patrem, Christum Fratrem,
& sanctos Angelos Electosq; in cœlis cognatos salutat

In Astris gaudet Nobilitate (17)

quæ pretiosissimis Virtutum & Sanctitatis Gemmis relucet

In Astris lætatur Nobilitate

quæ ex solidâ & perfectâ abstrusissimorum Mysteriorum Scientia est nata

In astris exsplendescit Nobilitate

quæ ex opibus cœlestibus, beatarum & verè divitum animarum
propriis est conflata

Sic parta est

Vera & nunquam peritura Nobilitas,

Nobilitas Generis sine Diminutione,

Nobilitas mentis sine vitiorum contagione,

Nobilitas Ingenii sine ignorantia admixtione,

Nobilitas opum sine corruptione.

Magna hæc est Nobilitas, sed major olim futura,
reddito Nobilissima Animæ Corpore glorificato.

Interèa uno ore omnes precamur

tenuem & sine pondere terram


Spirantesq; crocos, & in urna perpetuum Ver (18)

Verbo:

Mollem & placidam quietem.

& gloriosam Resurrectionem.

1) Aristotel. 1. Rhet. 5. 2) Juvenal. Sat. 8. 2. 3) Hieronym. ad Celantiam Epist. 14.
4) Idem ad Demetriad. p. 18. La Courfaute Causin. l. 1. p. 5. 5) Philo de Abrahamo
6) Menand. apud Stob. ferm. 5. 7) Pacat. in Panegy. 8) Sallust. in Jugurth. c. 64. Vel-
lei. Patercul. l. 2. c. 11. 9) Cicer. 1. Off. c. 6. 10) Tiraqvell. de Nobilit. c. 5. 11) Cicer.
5. Tusc. quæst. 12) Ovid. 4. Trist. El. 4. 1. 13) Plutarch. apud Srob. Serm. 84. 14) Hiero-
nym. adv. Helvid. 15) Plin. l. 33, c. 2. Sveton. in Aug. c. 40. 16) Prud. in 57. Hymn.
14. 123. 17) Juv. Sat. 1. 7. 208.



1 Jul
Firm
lib 3.
(17)

Handwritten initials or mark in blue ink.

Pom Zb 3280, FK

ULB Halle

3

002 403 234



F.K. 82.

Z6
3280



† † †
V E R A
V E R Æ N O B I L I T A T I S
I M A G O
I N
G E N E R O S O & M A X I M E S T R E M
D O M I N O

Hans à Bers

QUI
DIE 19. APRILIS
A. C.
M. DC. XCII.
B U D I S S
P I E
D E N A T U S



&
DIE 24. EJUSDEM MENSIS
S P L E N D I D I S E X E Q U A
I B I D E M
C O H O N E S T A T U S E S T
E X P R E S S A, E T
C A L A M O M O E S T I S S I M O
D E C L A R A N D Æ
G R A T Æ M E N T I S C A U S A
A D U M B R A T A

à
M. JOHANNES RECHTER
Schol. Budiss. Evangel. Rect.

BUDISSÆ, TYPIS ANDRÆE RICHTERI.

